

Tetragonismus idest circuli quadratura per Lā  
panū archimedē Syracusanū atq; boctiu.n ma  
thematicae perspicacissimos adiuventa.





Lucas Gauricus Luphanensis ex regno neapolitanō ma-  
thematicā studiosis, S. D.



Irculi quadraturam quam Aristoteles in  
eo ipso qui de categoriis liber inscribi-  
tur capite de ad aliquid: & secundo pri-  
oru capite uigesimo quinto ac primo elen-  
corum capite octauo nec non primo  
phisiocorū tex. coment. ii. ac plerisq; etiā  
aliis in locis affirmauit scibilem quidem esse nōdum ta-  
men scitam. Nunc iam tandem superioribus paulo ante  
seculis a campano atq; archimedē adiuuentam ac perfe-  
ctissime traditam & in compedium breuissime redactā  
habetis. Mirandum sane opus ut pote nunq; aliis antea  
temporibus ita cognitum. Nam & si sextus pythagore  
us: licomedes itemq; boetius seuerinus fateātur cirkulī  
tetragonismum adiuuenisse: possunt tamen cum brisone  
hippocrate & antiphonte atq; aristotelicis connumerari  
quom ab ipsorum fontibus nihil fere ueritatis de re tan-  
ta potuerit ullo pacto ad posteros peruenire. Quamuīs  
multa ab his & presertim ab ipso boetio (ut ipse met glo-  
riatur) copiosissime dicantur fuisse conscripta. Sed par-  
cendum est clarissimorū uirorum nominibus. Accusan-  
di quidem posteri qui diuinos multorum labores negli-  
gentius curauerunt. Nam si omnia fideliter custodita fu-  
issent que a sapientissimis priscorum temporū uiris litte-  
rarum memoriae traddita fuerant nihil certe reliquum  
esset quod nostris temporibus incognitum haberetur.  
Sed ut ad propositum revertamur inter ceteros mathe-  
maticā disciplinā professores campanus atq; archime-

## Epistola

des per se quidem uterque satis laudatus adhuc mihi maxime laudandus occurrit qui quod alii antiquissimi priscæ etatis doctores olfecerunt tantum horum alter fortassis perfectissime compleuit aut saltim posteris indagandæ ueritatis uiam aperuit non etenim inuentis addere difficile est. Campani igitur atque archimedis de tetragonismo circuli demonstratio quonia ad nostras manus peruenit nullatenus (ut auari in thesauris solent) suppressimendam existimauit. Sed utiliberales consueuerunt uisum est omnia in medio pposita cum aliis habere communia. uale. Dautum in almo studio patavino. 1503. 15. Kalendas sextiles.

**Campani viri clarissimi tetragonismus  
id est circuli quadratura romane edita  
cum additionibus Saurici.**



Demonstrandum igitur circuli quadraturam campanus noster primo quatuor permittit conclusiones & quidem facilissimas secundo autem ex his inducitur quinta quae simul cum sexta totam de circuli tetragonismo demonstrationem manifestissime concludit.

Prima conclusio.

**C**Lineam orbiculariter ducentam binam diametro in quatuor equalia secare.




Diameter est linea recta ab extremo in extremum per centrum ducta diuidens figuram in partes duas. Si sint igitur duae diametri seculi intersecantes in centro ad angulos rectos diuiderent figuram in quatuor partes duas. Et notandum est diameter dicitur adia quod est duo metra quod est mensura duarum medietatum quae si mensura hec campanus.

Additio.

**F**rhui primi theorematis maiorem notitiam animaduertendu est quae figura (ut euclideis utar uerbis) est quae termino uel terminis clauditur. Circulus vero est figura plana una quidem linea contenta quae circumferentia nominatur, in cuius medio puctus est a quo omnes lineae rectae ad circumferentiam exentes sibi inuicem sunt equales. Et hic quidem puctus centrum circuli di-

## Conclusio

citur. Línea uero recta est ab uno puncto ad aliú breuissima extensio / inextremitates suas utrūq; eorum recipiens. Diametruſ autem Circuli quā nos dimententem appellaſamus / est recta quedā linea que super eius centrum transiens extremitatesq; suas circunferentiae applicans circulum in duo media diuidit. Vnde (ut arbitrior) dicitur grece diameter Διαμέτρος idest diametr⁹ a Δια pre positione scilicet per & μέτρον idest mensura quasi Δια μέτρον μετρος uidelicet duarū medietatū eglis diuīſio ac mēſura. Si igit̄ inq̄t cāpanus due fuerint diametri ut pote inſequenti figura. A,b,&c,d. ſeſe in circuli centro. f. interſecātes ad angulos rectos / linea orbiculāt̄ duxta idest circulus. A,b,c,d. in quatuor equas partiones ſecabitur. Quoniam arcus. A,c, &,b,D. qui ſunt due circuli portiones inter ſe inuicē ſunt equales. Et quō ſint cōtra ſepoſiti etiā anguli ipsos necesse erit eſſe equales ac rectos. Quoniam (ut inquit euclides) qn̄ angulum continent duæ líneæ Rectæ rectilineus angulus nominatur. Et qn̄ recta linea ſupra rectā ſtetiterit: duoq; anguli utrobiq; fuerint equales eorū uterq; rectus erit. Lineaq; líneæ ſuperſtant ei cui ſuperſtat perp̄dicularis uocat. Similiter de arcu eiusdem circuli. b, c. &, D. A. ſuifq; angulis dicitur. Et ſic orbicularem líneam hinc dia metru in quatuor equas re ſecari portiones contingit quemadmodum in ſequenti patet figura.



## Secunda conclusio.


**C**Lineæ orbiculariter ductæ linea recta egliter dare.

 Vpple est possibile: iuxta mathematí corū scientiā ac phisicam ueritatē círculus díui dítur in .22. partes equales & remota una scilicet uigesima secunda particula : tertia remanens scilicet septima est diameter cículi: tripletur igitur diameter & addatur septima: & ordinentur huiusmodi partes in rectum & habebitur linea recta equalis circulari,

## Additio.

**F**Neq ad enucleandā campani litteram deueniamus est notandū q̄ nonnulli geometræ imaginantur hoc pacto círculū in .22. partes equales díuidi in primis duo seorsum describantur círculī eiusdem magnitu dinis . Deinde alter ipso & cōstituto círcino intris equas portiones diuidat : postea unā illarū triū partiū rursus in septē equas portiūculas resecet . Deinde una istarū septē particularū non uariato círcino constituas in altero círculo . Postremo totum círculū residuum (dempta particula in eo designata incipiendo tamen a punctis illius particulae illic designatae) reseces intris portiones equales . Et quālibet illarū trium partiū díuidas iterū in septem equales portiūculas . Et sic habebis círculum in .22. equales fere portiūculas díuisum hoc modo uidelicet .

## Conclusio



**C**írculi dímentientem inuenire & econuerso.

**E**c secunda conclusio licet per se satis clara sit: post nihilominus hoc modo declarari: possibile est (inquit campanus) q̄ detur atq; ad inueniatur linea recta equalis linea circulari siue orbiculariter ducte hoc est ipsi circulo: qui ēm omniū mathematicorū ac phorū ueritatem in. 22. equas portiones resecatur. & si postmodum dum una pars id est uigesima secunda dum taxat de tota círculi preconstituti pariseria remoueat remanentisq; una quevis tercia pars hoc est septima círculi díameter illico resultabit ut pote A.B. si uero postmodum econuerso díameter illa triplicetur et illi producto ac resultanti ad datur septima díametri scilicet uigesima secunda postremo huiusc modi sic triplicate partes in rectum disponantur statim utiq; recta consurget linea. A. f. ex. 22. partibus inter se inuicē distributis cōposita: quā recta linea predicta. A. f. linea orbiculariter ducta hoc est ipsi círculo inferiori designādo scilicet A.c.b.d. precise adequabitur & econuerso: & sic concludamus secundā campani conclusionem esse ueram scilicet q̄ possibile sit dari líne


## Secunda

5

am rectam equalem ligneo orbiculariter ducte quemadmodum in sequentibus apparet figuris.


diameter. 1.3<sup>9</sup>.ps.

22<sup>9</sup>.ps.



**C** De proportione círculi ad diámetrum secundum ptholomeum & archimedem.

**P** Tholomeus astronomo-  
rum princeps in sexto ma-  
thematiæ constitutionis demo-  
strauit círculum ad ipsius diámen-  
tiétem habere proportionē quæ  
est. 3. ad .8. & .30. ad unum : nam  
.3. .8. .34. ad unū ad triplam sex qui  
septimam proxime accidunt sed.  
.3. .8. .27. ad unum similiter triplam  
adiectis deam septuagesimis septimis inter quas est pro-  
portio .3. .8. .30. ad unum.



**A**rchimedes uero syracusanus ut inquit ualla & ut  
patebit in suo tertio libro de círculi quadratura  
per helitas incuruasq; ligneas molitus est demonstrare círc-  
culū ad ipsius diámetrū habere proportionē minorē tri-  
pla sex qui septima- maiorem uero decem septuagesimis  
primis quod est supra triplicatam diámetrū ex. 71. parti-  
bus decem. Siue dicas minorē q. 22 ad. 7. & maiorem q  
71. unitatum decem. Voluitq; orbicularē lignam ad id  
quadratum quod ex diámetro constituitur habere pro-  
portionem communem quam. 11. ad. 14.

**C** Data linea recta círculus pariter ac quadratum ex ea  
constituere.


b

## Conclusio

**S**ic linea data. K. 3. in partes. 28. Intra se inuicem equa  
liter distributa ex qua circumacta circulus consti  
tuatur. b. c. atque quadratum quemadmodum in circulo facile  
comprehenditur; nam oportet q. 7. partes predictae lineae  
datae. K. 3. singulis quadrati lateribus deputentur & ab ip  
so quadrato totus dividitur circulus in quatuor equas po  
tiones. Inducto siquidem circulo quadratum est inclusum pre  
ter ipsius quadrati angulos extra circulum porrectos atque  
extensis: Non enim ipsius quadrati latera intra predictum cir  
culum omnino includi possunt, nam quoniam tam quadra  
tum quod orbis quartam metiatur partem & quarta pars tam  
quadrati quod orbis sit eiusdem quantitatis. Et linea recta eius  
dem quantis sicuti & curua semper recta longius exten  
ditur quod curua ut patet per rectae lineae diffinitionem quae  
est ab uno puncto ad aliud breuissima extensio. Linea ue  
ro curua est quae inter extrema curuatur: hanc igitur ob  
causam anguli ipsius quadrati extra circulum necessario  
prominebunt: Sed quoniam quelibet circuli quarta, licet non  
sit directae extensa, sed curua & arcuata est eiusdem qua  
ntitatis cum quarta quadrati in circulo totum penitus qua  
dratum intra circulum includi nullo pacto potest: Nec  
etiam totus circulus possibile est qui includatur in qua  
drato nisi quadratum maius esset circulo. Sed quoniam tam  
circulus quod ipsum quadratum sint eiusdem quantitatis ut  
predictum est in circulo nec totus circulus includitur in qua  
drato nec quadratum in circulo ut patebit inferius: Itaque  
quoniam tam circulus. b. c. quod quadratum. d. e. ex data constet  
ac componatur linea. K. 3. In. 28. partes equeales distribu  
ta necesse est qui singula quadrati latera & partes circu  
li circundate a lateribus quadrati sint, 7. partium scilicet

talium quales. 28. datam complent lineam. K. 3. Necesse erit qui orbis ex data linea. 28. partium constitutus sit par quadrato ex eadem quoq[ue] linea. 28. partium constituto quod erat demonstrandum.

k | \_\_\_\_\_ | 3




## C Alia de dímentiente demostratio.

**O**lametri proportionem ad circulum esse in minori numero ac pportione q̄ sint. 14. & in maiori q̄ sint 7. Cōplimis dixere plene. Sic uerbi causa círculi diameter. f.g. quoniam positū est superius qui tota circūcurrentis linea. 28. est partiū cuius. f.g. est diameter &. f.h.g. est ar-

## Conclusio

cus: Et quia semicirculus per ipsius definitionem est figura plana diametro circuli & medietate circumferentiae contenta necesse est quod earundem sit partium. 14. quoniam medietas est linea recta per eius ut etiam supradictum est definitionem est breuissima extensio ab uno puncto ad alterum erit. f.g. diameter minor quam semicirculus. f.h.g. quia partum. 14. ut dictum est ergo ad tales partes diameter pervenire non poterit & sic erit in minori numero quam. 14.


**R**ursus quoniam K.l. est equalis lateri ipsius quadrati & quadrati latus septem est partium ut patet & demonstratum est necesse igitur est quod K.l. diameter. 7. sit partium sed f.g. maior est quam K.l. non enim minor aut equalis quoniam tunc sequeretur quod totum esset minus aut par sive partum quod est metrum impossibile. Et quoniam quadrati latus sibi quartam circuli uendicet parte. Diameter vero dimidiatum igitur diameter erit maior latere quadrati & cocludimus itaque quod diameter circuli sit minor. 14. partibus & maior. 7. quod erat demonstrandum diameter triplicatam cum parte nona orbicularem linam perficere. Triplicata igitur diameter proxime ad. 28. appropinquit quia ad. 27. sed addita unitate completur.



## Tertia conclusio.

**C**Lineam rectam in quatuor equalia secare.

lat círculus unus deinde non resticto nec ampliato círcino ponat' pes círcini incircunferentia & circunducatur ut secundus círculus constituatur qui in duobus locis intrisecet primum & intersecetur ab eodē transiens per cētrum primi. Deinde ducat linea recta per ambo centra ab extremo in extremū uniusq; círculi & ubi terminabit hæc linea incircunferentia secundi círculi ponatur pes círcini sub dispositione primi & circunducatur ut tertius constituatur círculus qui in duobus locis intersecet secundum & intersecetur ab eo dem contingens primum in centro secundi: trahaturq; predicta linea recta usq; ad circunferentiam tertii círculi ut in presenti patet figura.



**P**redicta igitur linea recta transies per tria centra ab extremo primi círculi usq; ad extremum tertii diuiditur in quatuor partes equales: nam quelibet due partes predictæ lineæ sunt in eodē centro & a centro ad circunferentiam ductæ ergo equales.

## Conclusio


Et quoniam quecumq; uní & eidem sunt equalia sunt in teresse equalia etiam sequitur q; quelbet pars linea in uno predictorum círculorum contenta est equalis cuilibet parti linea in alio círculo círcuscriptæ. Hoc idē probatur sic. Fiat círculus unus deinde prole círcini non diversificati posito in circunferentia eiusdem círculi pes eiusdē círculi non uariati protendatur extra círculum superdictū: ibi q; fixo cétro producatur ut secundus círculus constituat contingens primum in predicto punto. Et predicto pede círcini non uariati uel mutati ducatur aliis pes círcini ut tertius círculus constituatur: per eorum tria centra tunc trahatur linea recta quæ secatur in quatuor partes equales ut in supradicta patet figura.

### Addictio.

**P**robatur ab auctore istud tertium theorema duabus modis non tamen omnino diuersis in quibus breuiter hanc uidetur habere sententiam. Si lineam rectam in quatuor equalia secare uolueris constitutas inquit círculum unum: deinde non uariati círcini pes unus constitutatur in circunferentia eiusdem primi círculi & alter mobilis círcunducatur ut secundus compenat círculus qui transiens per centrum primi in duobus locis primum in tersecet círculum & intersecetur ab eodem: Et iterum alter círculus eodem modo constituatur. Deinde linea recta ab extremo ad extremum per linea rectæ diffinitionem per tria centra ducatur ut pote a punto. a. ad punctum. b. Et sic lineam rectam in quatuor equas portiones secri contingenget quæadmodum in figura auctoris supradicta patet expresse. Et ueluti in quatuor ita in quo tamq; libuerit equas portiones poteris rectam qualibet linea reseca


re ut patet in figura diuisa in. 11. partes equales quæ equi ualeat linea semicirculari uel semicirculo.

Linea recta in. 11. portiones equales diuisa.




**P**otest autem itidem sic aliter comprobari consti-  
tuatur circulus cuiuscunq; magnitudinis. Deinde  
non diversificato circino eius pes alter mobilis in circu-  
ferentia circuli collocetur. Alter uero imobilis extra cir-  
culum protendatur ibique fixo iam alio centro circundu-  
catur ut secundus designetur circulus priorem attinge  
circulum in circumferentia tantum: Et similiter tertio co-  
ponatur eodemmodo attingens secundum. Et quarto at-  
tingens tertium. Postremo linea recta per eorum centra ab  
extremo ad extremum ducatur uidelicet a puncto. a. ad  
punctum. b. ducatur & sic eam in quatuor etiam equalia  
separari ut superius contingat hoc modo uidelicet.

Linea recta diuisa in tris partes equales.



# Conclusio

Linea recta diuisa in quatuor partes equales.




Quarta conclusio.

**C**Ex quatuor lineis rectis equalibus quadratum equilaterum atque rectangulum collocate.



Oc quidem manifestum est & nihilominus potest demonstrari sic fiat due linea recta sese in capite contigentes ex quarum contactu constituantur unus angulus rectus. Deinde ponatur pes primus in contactu ipsarum linearum: & reliquus pes in contactu alterius linearum predictarum nec circulus compleatur sed completus intelligatur. De lune ponatur pes circini non variatus in capite alterius linearum predictarum uersus circumferentiam quae scilicet duæ linea supradictæ sint duæ semidiametri circuli prelibati. Alter uero pes ponatur in centro predicti circuli & ducatur constituens circulum intersecantem predictum & se per illum in uno loco usque ad locum ad quem decenter linea recta constitutat angulum rectum cum semidiametro circuli primi qui terminetur in centro huius circuli secundi post hoc autem ponatur pes circini non diuersificati in capite alterius semidiametri primi circuli uersus circumferentiam: reliquus uero ponatur in centro eiusdem circuli primi & ducatur usque ad locum ubi termi-

naturā linea recta ducta de cētro secūdī cōstituēs círcu-  
lum intēsecatē pŕimū & desuper illū in uno loco exteri-  
us linea recta trahat de cētro huius tertii usq; ad caput li-  
nea pcedētis de cētro secūdī ut patet in sequēti figura.




**O** Einde ponat̄ pes círcinī nō mutat̄ in capite predi-  
cte lineæ pcedētis de cētro secūdī círculi ad círcu-  
ferentiā alter autē pes ponat̄ in cētro tertii & ducat̄ usq;  
ad centru secūdī cōstituēs círculu intēsecatē ipsos tertiu  
& fm quēlibet in uno loco & se pér illos ut in figura ple-  
nū apparet q̄tuor igit̄ lineæ rectæ in p̄dichis círculis cō-  
tente cōstituūt q̄dratū equilaterū sunt enī equales sibī in  
uicē omnes: Nā quēlibet due lineæ sunt in eodem círcu-  
lo a centro ad circunferentiam protracte. Et notaq; ideo

## Conclusio

non cōplentur actu dicti cīrculī quia cōpletī actu tol-  
lerent euidentē sensibilitatem quadrati sub eis cōstituti.

Additio.

**T**N hac quarta conclusione campanus hec sentire  
uidetur q̄ si due līneæ rectæ sese attingant & ex ea  
rum attactu rectus angulus constituantur aliquo istorum  
quatuor modorum uidelicet.




**P**ostmodum pes cīrcinī immobilis in aliquo ipsa-  
rum linearū contactu firmetur: alter uero pes mo-  
bilis a capite unius līneæ ad caput alterius dūtaxat uer-  
sus cīrcunferentiam ducatur ut pote sic una ac prima li-  
nea recta.a,b.Altera uero sic.c.b.ex quarū attactu in pun-  
cto.b.rectus cōstítuitur angulus postmodū figatur pes  
cīrcinī in istarū linearū contactu.b.Alter uero pes cīrci-  
nī mobilis ducatur a caput ipsius līneæ a uersus partem  
exteriorē contactus ipsarū linearū usq; ad punctū tantū  
modo.c.Terminans līneam secundum,b,c.nec cīrculus  
ipse aliter actu compleatur sed cōpletus intelligatur pro  
pter causam inferius dicendam & sic fere constitutus est  
unius & primus cīrculus scilicet.a,f,c.cuius centrum est  
b.& intra ipsum cīrculuꝝ sunt due semidiametri quartum  
prima est.a,b.secunda uero.b,c.Deinde cīrcinī nō uaria-  
ti a priori dispositione pes unus immobilis ponatur in pū-  
cto.a,q̄i est centrum secundi cīrculi: alter uero cīrcinī

pes mobilis ponat in centro primi circuli scilicet in punto.b. Et circunducatur secundum constitutens circulum q; intersecet primu; & intersecet ab eodem in loco uno uersus circumferentia scilicet in directo medietatis linea; a.b. & circunducatur ad locum usq; ad quem ducta dicenter linea recta angulum constituat rectum cum primi circuli semidiametro q; secundus circulus terminetur in loco scilicet supra quem cadere possit ortogonaliter linea recta ducta de centro.a. uersus partem inferiore usq; in directo puncti terminantis lineam secundam.b.c. quaelinea directe protrahatur inferius & uocetur tertia linea. a.d. & ex his duobus circulis expresse patet intuentis tria erunt constituta quadrati latera cuius primum latus erit.a.b.secundum uero.b.c.sed tertium.a.d.linea scilicet & semidiameter secundi circuli.b.g.d.his autem expeditis unus pes circini immobilis ponatur in puncto siue in capite alterius semidiametri primi circuli quae semidiameter siue linea secunda.b.c.superius dicebatur alter uero circini pes mobilis ponatur in centro eiusdem primi circuli uidelicet in puncto.b. & circunducatur uersus circumferentiam primi iste tertius circulus qui primum intersecet interseceturq; ab eodē in loco uno uersus partem exteriorem scilicet in directo medietatis linea; b.c. & iste tertius circulus.b.h.d.circunducatur usq; ad punctum.d. & postmodū ab eodemmet puncto.d. trahatur linea recta usq; ad punctum.c. quod est centrū huius tertii circuli:& sic ex quatuor lineis rectis equalibus constitutum est quadratum equilaterum atq; rectagulum sunt etenim tales quadrati linea; equales sibi inuicem omnes: quoniam quaelibet due linea; recta sunt in eodem circu-


## Conclusio

lo & a centro eiusdem ad círcunferéntiá protracte quem  
admodum in suprascripta auctori's patet figura: Et nota  
q̄ círculi ut etiam dicit auctor iccirco non complementur  
actu sed completi intelliguntur siquidem actu completi  
tollerent euidentem quadrati sensibilitatem & apparen-  
tiā sub eis constituti. Pro maiorī autem euidentia atq;  
doctrinæ abundatia supradictis hec etiam addi possunt  
exactis tribus círculis ueluti demonstratum est in supra-  
scripta figura in qua quatuor lineæ rectæ constituebant  
quadratū hoc est figurā quæ equalibus lateribus oēs qua-  
tuor angulos equos habet id est rectos. ponat' pes circi  
nīmobilis in capite pdictæ lineæ pcedentis de cētro ter-  
tii alter uero circini pes mobilis ponat' in cētro secūdi- a  
quo circūducatur usq; ad centrū tertii círculi quartū cōsti-  
tuēs orbē. c.K.a.q̄ intersecet fm atq; tertiu círculu quēli-  
bet in suo loco. interseceturq; ab eisdē hoc mō uidelicet.



Quinta conclusio.

**C**onmís figura plana unica linea orbiculariter ducta contenta cuius diameter trascendit precise quartam eiusdem figure in semipartibus tribus est equalis quadrato cuius latus eiusdem circuli diameter trascendit precise in semipartibus tribus.



Vix ueritas sic patet. Namque cunctæ ab eodem superantur equali inter se sunt equalia. Si enim te tracubitum aureum & tetracubitum argenteum a pentacubito ligneo equaliter superantur quia in cubito uno. Tetracubitum aureum & tetracubitum argenteum necessario equantur. Quia igitur quelibet quarta & quodlibet latus huius quadrati a diametro circuli equaliter superantur quia in semipartibus tribus: quelibet quarta circuli & quodlibet latus quadrati huius sunt euales: Et sic circulus & huiusmodi quadratum sunt equalia.

#### Additio.

**T**sta est quinta auctoris conclusio quæ maior dicitur da est demonstrationis nostræ de circuli quadratura quam intendimus in qua campanus noster hæc sentire uidetur: quia omnis figura plana unica linea orbiculariter dicta contenta siue quæ cotinetur unica tantummodo linea s. circumferentiali cuius circuli diameter transcedit id est superat precise quartam eiusdem figuræ scilicet ipsiusmet circuli in semipartibus tribus hoc est in tribus dimidiis partibus siue in una parte cum dimidia est equalis cuilibet quadrato cuius quadrati latus diameter eius

## Conclusio

dem circuli supradicti trascedit p̄cise in tribus dimidiis partibus. Siue cuius quadrati latus ab eiusdem circuli dia metro in tribus precise dimidiis partibus trascendit id est superatur. Diameter enim circuli in septem precise particulas superius diuidebatur latus uero quadrati in quinque partes & dimidiā ipsius diametri & usque ad septenarii numeri tale restat una dūtaxat pars cum dimidia siue tres dimidie particule quibus quodlibet latus talis quadrati ad eiusdem circuli diametro superat: Et licet hoc fortasse aliter uerum sit tamen in quantitate cōtinua quibusdam cōtra sensum & apparentiam uideri poterit. Quia si circulus in quatuor equas portiones diuidetur tunc quelibet illarū quatuor partiū siue quarta circuli quinque dūtaxat ipsius diametri portiūculas occupare uidetur non autē quinque cum dimidia sicuti & circuli quarta & sic: nō uidetur quā inter se inuicem adequantur. Sed in rei ueritatis adequare ut inferius enucleabimus. Sed huius rei apparētia est propter circuli linēam orbicularē siue caruā quae per ipsum diffinitionē non ita longius sicuti recta extenditur linea: Et sic patet quod quelibet quartā circuli & quelibet quarta ipsius quadrati inter se inuicem adequantur. Sed hoc inquante discreta euidentius apparet nam si quater quinariaum cum dimidio dixeris numerum statini. 22. resultabit numerus ex quo recta illico circuncurrens atque orbicularis constituetur linea: utpote si foret circulus. 22. graduum & diuidatur in quatuor partes eauales pro qualibet quarta parte contingent. 5. gradus & 30. minuta ut patet & sic quinque & dimidiū sunt quarta pars circuli ex qua fieri debet unū quadrati latus. Quia igit̄ quodlibet latiſ siue quelibet quarta huius quadrati ab ipsa iam di-

Et a circuli diametro equaliter superat quia scilicet ut di-  
ctum est in semipartibus tribus siue in una parte cum dimi-  
dia in circulo quelibet latus huius quadrati sunt equales &  
sic circulus & huiuscemodi quadratus sibi inuicem adequa-  
tur. Sed haec omnia unico ex exemplo capitanus noster hoc pa-  
cto cōprobat. Si tetracubitum aureum & tetracubitum argen-  
teum a pentacubito eburneo equaliter superant quia in  
unico dūtaxat cubito sequitur quod tetracubitum aureum & te-  
racubitum argenteum inter se necessario adequantur. Siqui-  
dem per comunes cum conceptiones quelibet spatia & in  
terualla quae unum & eidem sunt equalia & sibi inuicem equa-  
lia erunt. Itē quecumque ab eodem superantur equaliter inter se  
sunt equalia. Concludimus itaque quod quelibet quarta cir-  
culi & quodlibet latus quadrati cum ab uno tertio. scilicet ab  
eiusdem circuli diametro superatur equaliter inter se in  
uicem penitus equales esse necesse est.

Minor propositio quae est sexta conclusio.

**O**mnis circulus est figura plana unica linea orbicula  
riter ducta conteta cuius diameter trascendit precise quar-  
tam partem eiusdem figure in semipartibus tribus.



Huius declaratio patet in quarta  
propositio. Si enim secundum quod  
plerique matematici scripsierunt &  
iuxta phisicam ueritatē circulus  
diuidatur in 22. partes & remo-  
ta una scilicet 22. parte tertia re-  
manet scilicet septima est dia-  
metrū circuli. Et quarta eiusdem cir-  
culi continet quinq̄ partes & dimidiam diameter scilicet  
septima trascendet quartam circuli scilicet. 2. par-

## Conclusio

tes & dímidia in semipartibus tribus id est in tribus partibus dímidis. Ex premissa igitur quinta ppositione maior & sequitur sexta minor sequitur conclusio ultimis in primo modo primae figuræ scilicet q̄ omnis circulus est equalis quadrato cuius latus eiusdem circuli diameter transcedit precise in tribus semipartibus. Singularis autem huius rei evidētia fiat hoc modo constitutatur circulus cuiuslibet magnitudinis eiusdem diameter dividat in 7. partes equales per doctrinā in tertia cōclusionē tradditam. Dehinc constituantur quadratum equilaterum per arte quarte cōclusionis cuius quadrati latus precise contineatur. 5. partes & dímidiam diametri supradictæ ut patet sic q̄ premissis diligenter inspectis patebit q̄ huiusmodi circulus huic quadrato erit equalis ut talis ac tantus circulus tali ac tanto quadrato.

## Additio.


**H**uius sextæ atq̄ ultimæ propositionis minoris declaratio inquit noster campanus in quarta habetur conclusione. Si enim ut superius dictum est & secundum q̄ pleriq̄ optimi scripsere mathematici circulus i. 22. partes dividatur a quibus si una tantummodo remoueat tercias uero remanentis pars ut pote septima circuli diameter resultabit. Sed est notandum q̄ una circuli quarta ut etiam superius dictum est continet quinq̄ solūmodo partes & dimidiā. Tunc predicta circuli diameter uidelicet septima trascendet precise quartam circuli scilicet quinq̄ partes cum dimidiā in semipartibus tribus id est in tribus dímidis partibus: Ex premissa igitur quinta propo-

litione minor & sexta minor sequitur conclusio ultimis  
 in primo modo primæ figuræ scilicet q̄ omnis círculus  
 est equalis quadrato cuius latos eiusdem círculi diamet‐  
 ter trascendit precise in tribus semipartibus. Huiscemodi  
 autem diametro de círculi tetragonismo aliter hoc  
 pacto formatur: Omnis figura plana unica linea orbicu‐  
 lariter ducta contenta cuius diameter trascendit precise  
 quartam eiusdem figure in semipartibus tribus. Est equa‐  
 lis quadrato cuius latus ab eiusdem círculi diametro tra‐  
 sceditur precise in tribus dimidiis partibus. Sed omnis  
 círculus est figura plana unica linea orbiculariter ducta  
 contenta cuius diameter trascendit precisely quartam par‐  
 tem eiusdem figure in semipartibus tribus. Omnis igitur  
 círculus est equalis quadrato cuius latus ab eiusdem  
 círculi diametro in tribus precisely dimidiis partibus tra‐  
 scenditur atq̄ superatur. Si uero huicse ultimis demo‐  
 strationis singularem atq̄ euidentiorem facere uolueris  
 manifestationem ita procedendum est inquit cam‐  
 panus constituantur primo círculus cuiuscunq̄ libuerit  
 magnitudinis: Postmodum eiusdem círculi sic constitu‐  
 ti diameter in septem equas diuidatur portiones secundū  
 doctrinam tradiditam in tertia huius compendioli con‐  
 clusione. Sicuti enim ibi diuidebatur linea in quatuor  
 partes eales eodem quoq̄ pacto in. 7. & quotcunq̄ pli  
 fuerit diuidi q̄ facillime poterit. Quibus exactis per ar‐  
 tem quartæ conclusionis nostræ quadratum constitua‐  
 tur equilaterum cuius quadrati quodcunq̄ latus conti‐  
 neat quinque partes & dimidiā supradictæ diametri.  
 Sicq̄ premissis diligenter inspectis atq̄ obseruatís pate‐  
 bit q̄ huicmodi círculus huic quadrato erit equalis‐  
 d.


## Conclusio

& talis ac tantus circulus talis ac tanto quadrato, p̄cise  
correspondēbit atq; proportionabitur, quemadmodum  
optime intelligenti ex infra scriptis figuris luce clarius  
patebit.

### Circulus compositus per artem tertiarę conclusionis.




**S**ic círculus constitutus pef arte tertiæ conclusio  
nis.a.e.b.d.eiusq; diameter diuisa in septem partes  
e quales.a.b.Sed a puncto.c.usq; ad.b.dicitur una qua-  
ta círculi quæ continet. 7. partes cum dimidia diametri  
eiusdem. & restabunt tres dimidie partes siue una pars  
cū dimidia scilicet a puncto.a.usq; ad.c. & sic huiuscemo-  
di círculus erit equalis quadrato secundum artem quar-  
te conclusionis hic statim inferius describendo cuius  
quadrati quodcuq; latus continet quinq; partes & dimi-  
dia diametri pdictis círculi ut manifeste patet intuentis.



d z


## Conclusio Tertia

**Q**uodlibet latus huius quadrati per artem quartæ conclusionis constituti continet. 5. partes & dimidiam de diametro circuli superius descripti per artem tertiaræ conclusionis & sic huiuscmodi quadratū & circulus inter se aequaliter & equivalent ut docuit cāpanus.



# Archimedis Syracusani Te- tragonismus.

**I**ncipit archimēnīdīs quadratura parabolæ.




Rchimenides dositheo bene age  
re audiens Kononē quidem mor  
tuum esse, q̄ erat nobis amicus.  
Quendam autem Kononis no  
tum esse, & geometriæ domesti  
cum fore mortuum quidemgra  
uiter doluimus tanq; uiro amico  
existente, & in mathematibus mi  
rabile quodā preconatī autem sumus mittere scribentes  
ut cononi scribere cōsueueramos geometricorum theo  
rematum quod prius quidem non erat theorematū. Nūc  
autem ab aliis speculatum est prius quidē per mathema  
ticam inuentum. Deinde autem per geometriam demo  
stratis quidem prius circa geometriam elaboratis cona  
ti quidem scribere ut possibile crat. Círculo dato & circu  
li portioni date spatium inuenire rectilíneum equale. Et  
post hoc spatium quod continetur a portione totius co  
ni & a recta quadrare. Acceptauerunt sumentes non faci  
le concessibilia fundamēta quæ quidem ipsis a plurimis  
non inuenta hæc despecta sunt. Portionem autem contē  
tam a sectione rectanguli coni nullum primorum conan  
tem quadrare comperimus quod ut quæ nunc a nobis in  
uentum est. Demostratur enim q̄ omnis portio conten  
ta a recta a sectione rectanguli coni est epytrica trigo  
ni habentis basem eandem & altitudinem equalēm por

# Archimedis


tioní. Sumpto hoc fundamento ad demonstrationem ipsi us in equalium spatiórum excessum quo maius excedit minus possibile esse ipsum excessum cōpositum excede re omne propositum fínitum spatium: Vsi sunt autem & priores geometre hoc fundamento: circulos enim habere duplam proportionem adínuicem diametrog̃e demonstrarunt utentes hoc fundamento: Et in sphæras quidem triplam proportionē habent adínuicem diametrorū. Et adhuc autem & omnīs píramis tertia pars est prísmatis eandem basem habentis cum pyramide & altitudinem equalem. Et quia omnīs conus tertia pars est chilindri habentis eamdem basem cum cono & altitudinem equalē similiter predicto fundamento accípientes sumpserunt. Accidit predictorum theorematum unumquodq; nullo minus eorū quæ sine hoc demonstrata sunt credemus: Suf ficit autem ad similem fidem huius inductum exposito & a nobis. Describentes igitur ipsius demonstrationes mit timus primum quidem quomodo per mathematicam cō sideratū est post hæc autem & equaliter per geometri cata demonstratū perscribentur autem & elementa coni ca oportuna ad demonstrationem. Vale.

**S**i sit rectāguli coni portio in qua quæ. A.B.G. quæ autem. b.d.apud diametrū uel ipsa diameter quæ autem. A.G. penes eam quæ secundum. B. contingens tem sectionem coni equalis erit quæ. A.D. ipsi. D.G. & si equalis sit quæ. A.D. ipsi. D.G. parallele erunt quæ. A.G. & secundum. B.cōtingens sectio nem coni.



**3.** I sit rectanguli coni portio quæ. A.B.G. sit autem quæ quidem. B.D.apud diametrum uel ipsa diameter quæ autem. A.D.G.apud eam quæ secundum. B.cōtingentem sectionem coni? Q[uæ] autem. E.G.cotinens portionē coni apud. G.erit quæ. B.D.B.E.equalis.


**3.** I sit rectanguli coni portio quæ. A.B.G. Sit autē. B.D.apud diametrum aut ipsa diameter & ducantur quedam quæ ad. 2. E.penes eam quæ secundū. B.contingentem sectionem coni erit ut quæ. B.D.longitudine ad. B. 2. ita potentia quæ. A.D. ad lineaem. E. 2. Demostrata sunt autem hæc in ælementis conicis.




**3.** It portio cōtentaa recta & sectione rectangulico ni. A.B.G. quæ autem. B.D.A.media linea. A.G. apud diametrum ducatur uel ipsa diameter sit & quæ. B.G.recta copulata educatur si itaq[ue] producatur aliqua alia quæ. 2. T.penes lineaem. B.D.secans rectam quæ per puncta. B.G.eandem proportionem habebit quæ. 2. T. ad lineaem. T.H.quam quæ. A.D.ad lineaem. D. 2. Ducas tur enim per. K.penes linea. A.G. quæ. H.K.aliter. K.I.est autē ut quæ. B.D.ad. B.K.longitudine itaq[ue]. D.G. ad lineaem. K.I.potentia demonstratum est. Hoc enim erit

# Archimedis

ergo ut quæ.B.G.ad.B.I.longitudine itaq;B.G.ad.B.T. potentia equales n. quæ.D.z.K.H. proportionales ergo sunt quæ.B.G.B.T. lineaæ quare eandem hæt proportionem quæ.B.G. Ad. B.T. quæ quæ.g.t. ad lineaæ t.i.est ergo ut quæ.G.D.ad lineaæ.D.z.ita quæ.t.i.ad lineaæ.t.H. ipsi aut. D.G. equalis est quæ.D.A. palam igitur quæ eandæ habet proportionem quæ.d.a.ad lineaes.D.z. quæ quæ.z.T.ad lineaem.T.H.



**S**it portio contenta a recta & a sectione rectanguli coni. A.B.G. & ducatur. A.B.A. penes diametrum quæ.z.A.A.G. autem contingens sectionem coni apud G. quæ.G.z. Si itaq; aliqua in trigozo.z.A.G. penes lineaem.A.z. eandem proportionem dicit secabitur a sectione rectaguli coni & quæ.A.G. a producta. Eiusdem autem proportionis erit sectio lineaæ.A.G. uersus. A. sectioni producte quæ uersus. a. ducatur enim aliqua quæ D.E. penes lineaæ.a.z. & fecet prium quæ.D.E. lineaem a.G. in duo equa. Quoniam igitur est rectanguli coni sectio. quæ.a.b.g. & quæ quidem.b.d. penes diametrum quæ autem ad. D.G. equales erunt ipsi. A.G. equidistans quæ secundum. B. contingens sectionem rectanguli coni.



**R**uſum qm̄ penes diametrū est quæ.d.e. & a ſigno  
g.ducta eſt quæ.g.e.cōtingens ſectionem rectan-  
guli coni ſecundū.g.Q uæ autē.d.g.equidiftans ei quæ  
ſecundum.b.contingenti equalis eſt quæ.e.b.ipſi.b.d.  
qre eādem habet proportionem quæ.a.d.ad linea.d.g.  
quā quæ.d.b.ad linea.b.e.Siquidē igitur in duo equa  
pro qua producta eſt ſecat linea.a.g.demostratum eſt.  
Si autē nō ducatur aliqua alia quæ.k.l.penſe linea.a.z.  
aemoſtrandum igitur q eandem habet proportionē quæ.  
d.k.ad.k.g. quam quæ.k.t.ad.t.l.quoniā enim equalis  
eſt quæ.b.e.ipſi.b.d.equalis eſt & quæ.i.l.ipſi.k.i.ean-  
dem ergo proportionē habet quæ.l.k.ad.k.i.quā quæ  
a.g.ad linea.d.a.habets autē & quæ.k.i.ad.linea.k.t.  
eandem proportionē quā quæ.d.a.ad linea.a.k.demo-  
ſtratum eſt enim in priore quare eādem proportionem ha-  
bet quæ.k.t.ad linea.t.l.quoniā quæ.a.k.ad linea.k.  
g.demoſtratum eſt igitur propositum.



**T**ntelligatur ergo propositum in recto ad orizontem & linea.a.b.hoc quidē ad eandē ipſi.d.intelli-  
gantur hæc autē ad alteram ſurſum.Trigonū autē.b.d.g.  
ſit rectāgulum habens rectum angulum apud.b.Et latus  
b.g.equale medietati libre uidelicet equali existente li-  
nea.a.b.ipſi.b.g.Suspendatur autem trigonum ex ſignis  
b.g.Suspēdatur autem & illud ſpatium.z.ex alia parte li-  
bre apud.a.& equaliter repat ſpatiū.z.apud.a.suſpensum  
trigono.bd.g.sic existenti ut nunc iacet.Dico itaq; ſpa-  
tiū.z.trigonī.b.d.g.eſſe tertiam partem.Q uoniā enim  
ſupponitur equaliter repere libra affimulatur linea.a.g.  
ipſi orizonti ducte autē ad angulos rectos ipſi.a.g.inre-  
cto plano ad orizontē erunt kathotī ad orizōtem.Sece

## Archimedis

tur itaqꝫ linea.b.g.apud.e.ita ut linea.g.e.sit dupla linea  
e.b.& ducatur penes lineam.d.b.quꝫ.est.K.e.& secetur  
in duo equa apud.t.trigoní itaqꝫ.b.g.d.centrum graui-  
tatis est.signum.t.

**T**elligatur ergo propositum in recto ad orizon-  
tem.& lineaꝫ.a.b.hoc quidem ad eandem ipsi.d.in  
telligantur haec autem ad alteram sursum . Trigonum au-  
tem.b.d.g.sit rectangulum habens rectum angulum apud  
b.& latus.b.g. equale medietati libre uidelicet equali  
existente linea.a.b.ipsi.b.g. Suspendatur autem trigo-  
num ex signis.b.g.Suspendatur autem & illud spatium.  
z.ex alia parte librꝫ apud.a.& equaliter repat spatium.z.  
apud.a.suspensum trigono.b.d.g.sic existeti ut nunc ia-  
cet.Dico itaqꝫ spatium.z.trigoni.b.d.g.esset tertiam par-  
tem.Q uoniam enim supponitur equaliter repere libra  
assimilatur linea.a.g.ipsi orizonti ducta autem ad angu-  
los rectos ipsi.a.g.in recto piano ad orizontem erunt Ka-  
thetū ad orizōtem:Secetur itaqꝫ linea.b.g.apud.e. ita ut  
linea.g.e.sit dupla lineaꝫ.e.b.& ducatur penes lineam.d.  
b.quꝫ.est.K.e.& secetur in duo equa apud.t.Trigoní  
itaqꝫ.b.g.d.centrum grauitatis est signum.t.Ostensum  
est enim hoc in mathematicis.Si trigoni.b.d.g.quꝫ qui  
deni secundum,b.g.appensi soluatur & suspendatur se-  
cundum.e.manet trigonum ut nunc se habet.Vnūquod  
qꝫ enim suspensorum ex quo signo statutum est manet ut  
secundum Kathetum sit signum appensi & centrum gra-  
